quipropter uaticinium futurorum · &ingruentia captiuitatis mala
haec eum apopulo sustinuisse confirmant; sednescio quomodo pos
sint approbare crucifixum eē hieremiam · cumhoc scriptura non
memor& · nisi forte cogitauerint &nonfecerint ;
s. Propterea haecdicit dns aduiros anathoth · quiquerunt animā
s. tuam &dicunt · nonproph&abis innominednī · &nonmorieris
s. inmanibus nris ; propterea haecdicit dns exercituum · ecceego ui
s. sitabo supereos · iuuenes morientur (hc) infame · &reliquiae nonerunt
s. ex eis ; inducam enim malum superuiros anathoth · annum uisitationis eo᷑ ,
Videtur hocsuperiori sententiae contraire · quauolumus approbare
expersona xpi dictaeē quaedictasunt · &non exhieremiae · quippe
habitabat inuiculo anathot · quiabherosolimis tribus distat milib ; ;
sedsi intellexerimus · ETOIMOΛOΓIAN (etimologiam) · oppidi anathoth · qui
interpretatur oboedientia liquido demonstrabitur uiros anathoth ·
quiquondam preceptis dni obtemperarunt · omnes dici iudaeos
&maxime habitatores urbis hierusalem · inquos uenit extrema
sententia · utobsidionis malis gladio · &fame · &peste · interirent ;
utautem nos omni interpretationis molestia liberemur · illam
sequamur regulam · quodomnes prophetę intypum dni saluatoris
pleraque gesserint · &quidquid iuxta present tempus completum
sit inhieremia · hoc infuturum dednō prophetari ;

EXPLICIT IN IEREMIAM PROPHETAM

LIBER SECUNDUS

hc in gladio · filii eorum & filiae eorum morientur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0124